

**Signum officiosarum
mentium exhibitum, dum
vir admodum reverendus
atque exc...**

1 Ic 1693 Lund, David



National Library
of Sweden

Signum officiosarum mentium

Exhibitum.

Dum.

V I R

Admodum Reverendus atque Excellentissimus

Dn. M. DAVID

S R M D /

In illustrissima ad Auram Academia

Ling. Oriental. & Græcæ Professor

Celeberrimus.

Fasces imperii Academici susciperet;

Anno reparatæ salutis M. DC. XC. III,

10, Kal. Jul.





Et tiam magnam prodens mihi pulchra
Minerva.

Pieridum summas pergenti visere sedes,
Guttore mellifluo cum talia dicta profa-
tur;

Recte ades O Juvenis, nostris addicte Ca-
mœnis!

Scandere mox debes Musis quam struxi-
mus Aulam,

Et Charitum proli hæc suavissima dicta referre:
Ecce! quidem fuit ante diu super æthera notus,
Emicuitque satis clarissima stella Lycæi
DAVID PURD/ nobis natus incertis annis;
Hunc etenim Musæ coluerunt, Hunc Charitesque
Flumine Grajugenis saturarunt Aonioque,
Hauit & Hebræos fontes, qui nectare turgent;
Laude tamen tituloque novo decorarier Huncce
Perplacet, & capiet splendentia sceptræ Lycæi,
Et toga pulchra teget validos vegetosque lacertos.
Addidit & votum, dum talia verba locuta:
Imperium tibi sit felix! O gemma virorum!
Psallite Pimpleides modulamina dulcia cunctæ,
Tu Studiosa cohors resonato carmina læta.
Protinus his dictis abiit, formosa Minerva.
Mox ego (nullus enim superum pia jussa recusat)
Obsequor imperio, pandendo gaudia tanta;

Et

Et surgunt omnes, tam syavia dicta legentes,
Et nova gratari Rectori nomina certant,
Cum quibus ipse preces, mitto has à pectoris imo:
Magne Pater rerum, tu qui fulgentia puro
Lumine templa colis, tu qui bene cuncta gubernas
Et grave das humeris munus, da munere dignas
Vires, sic poterit Rector sua sceptrà tenere,
Ut Laus ipsa Deo, Rectori grata voluptas
Cedat, donec erit fulgentior incola coeli.

JONAS MOLLIN.



Ens sat prompta mihi pangendi carmina quædam,
Sed mea crena levis venaque pauperior,
Significare animi patitur quæ gaudia summa,
Quod mihi contigerit posse videre diem
Hunc, quo sceptrà capit clarus celebrisque Professor,
Magnificæ sanè firma columna domus
Musarum, primis quem Phoebus amavit ab annis,
Doctos inter habens nomina clara viros.
O laudanda dies! O felix patria nostra!
Latantur cives, gaudet Aboa quoque.
Exultat nimium simul ac studiosa juvenus,
Quæ pugnat castris jugiter in Clariis:
Magnifico tanto quod nunc Rectore potitur,
Quem totum virtus quem pia Musa canit,
Virtutes non penna potest mea scribere dignè;
Imo, nec dulci carmina culta sono.
Tu studiosa cohors Phoebi peramica propago,
Huic gere tu morem qui tibi Rector erit.
Adque tuum limen pono hæc mea carmina pauca,
Parvum ne munus. Te rogo sperne meum.

Magni-

Magnifico colerem devotè munère Temet,
Sed non permittit fors levis hocce mea.
Interea ad Dominum submitto fervida vota,
Magnificum Dominum protegat ipse diu
Incoluem & végetum per vitæ tempora cuncta
Faxit & ut numeret tempora multa senis!
Tandem post multos mundanos hocce labores,
Excipiat salvum calica sancta cohors!!!

*Hæc tenui venâ fusa
obtulit*

ANDREAS BUNGE
Junior.

In
Solennem inaugurationem
Novi Rectoris Magnifici,
Qui est VIR Celeberrimus

Dn. M. DAVID EUNO.

Sidere suscipias felici scepra Lyceæ
SRECTOR; mi faideas qui tibi fausta precor.

Tantillum potuit puerillis vena

JACOBI FLACHSENI
Junioris.

